



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo  
Motv**

**Peucer, Kaspar**

**Vitebergae, 1576**

**VD16 P 1990**

De Horarvm Discrimine.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](#)

## DE HORARVM DI SCRIMINE.

Ὥραι vocarunt veteres tum anni quatuor tempora, Ver, Aestatem, Autumnum, & Hyemem, tum duodecimas cuiuslibet diei partes. Noctem enim fere non tam in horas, quam excubias, militari more, distinxerunt. Nomen habent καὶ τὸ διοπίσαντὸ ἀρεσκατα τῆς οὐμέρας. Sunt autem hore duplices, Aequales & Inaequales.

Inaequales, sunt duodecimæ partes quorumlibet dierum, seu brevium seu longiorum. Quantum habet spacium amplectantur, & quantum ab æqualibus differant, arcus æquatoris, qui cum sex signis interdui emergentibus cooritur, in 12. distributus ostendit. Veteras καλπικαὶ, id est, temporales, vocant, hisq; solis, ut ex Plinio, Palladio, Ptolemeo, & sacrarum literarum historia constat, usus est. Notus est Euangeliū locus de duodecim horis diei. Notti sunt & Graeci versus.

Ἐξ ὥρου μόχθοις ἵκαιωτατη. Καὶ δὲ μετὰ αὐτὰς  
χάραμασι διεκνύμενου, γῆθι λέγοσι  
Βροτοῖς.

Sex horæ tantum rebus tribuantur agendis,  
Viuere post illas litera zetha monet.

Et tales intelligendæ sunt rbiq; in historia facta  
quando horarum mentio fit.

Aequales

Æquales horæ sunt vicesimæ quartæ partes totius spacijs, quod diem noctemq; complectitur, & colliguntur ex quindenis gradibus seu temporibus æquatoris, arcu æquatoris, qui interdiu cum sex confinibus signis zodiaci oritur, in 15. distributo. Græci ἡσημέριας, latini æquinoctiales & æquidiales nominant. Constant hæ eadē perpetuo quantitate, suntq; in usu ferè omnibus gentibus, cum illæ diebus prorogatis extendantur, decurtatis vicissim contrahantur, & exoleuerint iam, sublate ex usu & memoria vulgi. Longe enim commodior usus est & expeditior ac facilior ratio æquinoctialium horarum, quam temporalium, præsertim cum accesserit artificiosissima horologiorum fabrica, quæ ex rotulis ferreis dentatis, certa ratione coagmentatis, & appenso pondere velut tractis ac circumæctis, horas illas æquales aptissimè discernunt & designant. Romani horas suas inæquales distinguebant clepsydris, aqua continuo fillantibus, quam vel augebant copiose adfusa, vel exhauriabant, pro ut dies vel producerentur vel decrescerent.

Reducuntur autem horæ inæquales ad æquales, arcu æquatoris, qui unam inæqualium constituit, ducto in totum inæqualium horarum numerum, productioq; rursus in 15. distributo. Æquales vero inæquales conuertuntur ratione contraria.

Q

De

# De duodecim diei naturalis partibus.

D I E S naturalis constat 24. horis equino<sup>c</sup>  
ctialibus. Est igitur velut A S , cuius partes sunt

Deunx	2 2	$\frac{11}{12}$
Decunx	2 0	$\frac{3}{6}$
Dodrans	1 8	$\frac{4}{2}$
Res	1 6	$\frac{7}{3}$
Septunx	1 4 Note	$\frac{12}{1}$
Semis	continet 1 2 vulga-	$\frac{5}{2}$
Quincunx	horas 1 0 res ha-	$\frac{12}{1}$
Triens	8 rū par	$\frac{1}{3}$
Quadrans	6 tium.	$\frac{4}{1}$
Sextans	4	$\frac{1}{6}$
Vncia.	2	$\frac{1}{2}$

Latini veteres , ut diem, ita horam in 12. distri-  
buerunt partes, quas appellationibus partium A S  
perinde nominarunt, ut gradus unius partes: quem  
admodum tabella supra posita monstrat.

Exempla vero illarum appellationum sunt apud  
Plinium lib. 2. cap. 14. & lib. 18. cap. 32. o  
alibi.